



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 7. Sui Christum offenderut patriotæ, eius familiam, vt pauperem despicientes: quod in mundo est frequentissimum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

vult in scripturis populorum, & Principum. Quod humanus de mysterio capere non potuit intellectus; Deus sacris includit scripturis, quæ sunt scripta publica, cunctis patita, secuta ac industria. Illis diuinus hic Moyses venit absconditus. Hæc est sententia D. Basilij. a. D. Athanasij. b. D. Cyrilli. c. D. Chrystost. d. voluisse Christum decore ludæos, die illo solemnem cum illis habitam disputationis de diuina sua persona, quam accurate narrat D. Ioannes, quia volens illis quis esset manifestare ipse s. ad s. litteras remisit: *Scripturam* quia vos putatis in istis vitam æternam habere, & ille sunt quæ testimonium perhibent de me. His verno conclusus, fidei scellam hæc aperite, & vas pyrrionis pice linitum, oculis vestris absconditum, referate: his ad sum inuolutum & sub littera mortua conclusus. *Scrutamini.*

18. Non vobis sufficit, attendere superficialiter, pice & bitumine compactam, obsecratam litteram, scrutamini quid intus sub hæc littera recedat, & me ipsum inuenietis. Hanc beatam sortem aperienti estiam, aut fidei scellam singulariter Christus patriæ scæ referauit, quam Pharaonis Regis filia præsignabat, quare coram illis fidei scellam hodie distulit, & ait. Contuemini, quod ego ille sum hinc includit prophetia: quia si sola huius vaticinij verba vsque modo ad aures vestras accesserant, nunc coram oculis vestris habetis quod illis absconditur: Ecce ego, quem præsentem inueniemini, qui vos omnigenis impleat beneficiis: ea namque intentione delatandi.

Se gessit Christus cum patria sua, velut mercator opulentissimus qui reuertitur cum nauis longinquis ex regionibus, milleis opibus referta, aulis, sericis, linteis, saccharo, lignis medicis quibuslibet infirmitatibus premissis, qui priusquam ad portum, quo tendit, appellat, ut omnes ibidem suas proferat merces, maiora explodit bellica tormenta, quæ per cuncta resonent litonata, ut à longe ea ciues audiendo, qui in portu morantur, se paratos sistant tantis bonis recipiendis. Hoc egiit modo distulimus ille mercator, qui venit grauidâ nauis illa cœlesti, humanitate sua sanctissima, pretiosissimis totius cœli meritis ut appellati in Nazareth, ibique nauem exponat, illamque reddat ciuitatem opibus præcellentissimam. Ad hoc facta fuerunt celeberrima illa miracula, quæ prius circumquaque efficiebat, quæ fortius longè quàm tormenta maiora resonarent, ut audito eorum in patria tonitru se illum recipiendo præparent. Hodie Nazaret appulsus est. Quasi nauis infirmitatis, seipsum proponit, & quis sit, declarat, quod scilicet nauis sit ab ætate Patris Hieron. *Basij. de Lazara. l. m. ll.*

tre missa ex indijs cœlestibus, prospero vento, statumque diuino spiritus s. ut in ea, quidquid boni continet Deus, aut ipsi possent optare, exponat: *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, &c. Hodie impleta est hæc propheta in auribus vestris. q. d. Ecce ego charissimi municipes: Ecce ego, patria mea dilectissima, modo me vobis sisto præsentem, me habetis, ut in vobis simul iunctis agam, quidquid in alijs partibus vobis ac regionibus sum operatus. Num censens Christum optimi filij, respectu patriæ ac ciuitatis, & fidelis compatriotæ respectu conciuum, obligationi satisfecisse? An plura poterant ab eo postulare facienda? Num aliquid maius debuit patriæ? Nihil amplius cum Abraham fecit (asserit D. Chrystost.) licet talis esset, cui præclarissima præstare beneficia, cuius ingressus est hospitium, sub trium Angelorum persona, in eo recubuit, comedit, vtilitatem eius redderet nobilissimam, si illum pro munere suo reciperet fidei vna, sicut & in vetrate Dominum suscepit quo se tantis beneficiis, dōrisque emittentibus recipiendis, quæ Deus illi concecit, præparauit, quibus domum eius claro stemmate donauit, totaque reddidit splendidißimam vniuerso. Concludamus igitur, quod nescimus Christus patriæ ciuibusque defuerit, quoniam plus iusto ciuibus fuerit liberalis.*

§. 7. Sui Christum offenderunt patriam, eius familiam, ut pauperem deficientes: quod in mundo est frequentissimum.

Modo considerate, quàm magno opere illi Christo defuerint. Quando namque Christus in medio illorum sedit, seque illis adeo, blandum, mitem, largum, paratum, & omnibus modis dispositum obtulit, ut pro patria, pro ciuibus quidquid optare possent, ageret, quid illi? Quàm primam viderant, quod hunc sumeret, se lectiori accingeret, os aperiret conuersioni, conuersi omnes velut attentos oculos in eum tanta coniecit attentione quasi bouem viderent per aëra volantem, colla, & brachia versus illum extendunt, antes arripunt apertas, quid dicturus esset, audituri: *Et omnium oculi in synagoga erant intenti in eum.* Tantaque Christus in ijs quæ gessit, dixitque, gratia, ac decore præfulsit, ut eorum corda percelleret, ac iudicarent quid esse cœlestis, & supereminens, promde sic dicere coeperunt: *Et omnes testimonium reddebant illi, & mirabantur in verbis gratiæ.*

Ho. 2. in 1. ad Thim. ad finem.

19



que procedebant de ore eius. At subito retenti li-  
 uidæ consilio malitia sua contra eum tumultu-  
 rantur & iniucem cubito pulsantes, in hæc ver-  
 ba proturpunt: Vah, vah, non illum videtis? Vin-  
 de formicæ alæ? quem se nobis hic conatur ob-  
 trudere? qualem se nobis depingit? quasi vero il-  
 lum minime cognoscere mus. An non filius hic  
 est Ioseph fabri lignarij? Numquid non ipse par-  
 vulus ille faber optimè nobis notus? Nonne Ma-  
 ter eius est mulier illa paupercola, Maria? Eius  
 fratres nonne sunt Iacobus & Ioannes, & illi qui-  
 dem adeo communes officiales, vt nemo illo-  
 rum vobis non sit cognitus? Vnde Loc illi, vt  
 prædicet, & exponat scripturæ mysteria? Vnde  
 illi virtus illa vt dicat, quod eum ad res tam as-  
 duas Spiritus S. delegatit? Et illo modo Christum  
 despexerunt. Referunt has rationes Euangelistæ  
 sedula singularitate: *Dierbant: Nonne hic est filius  
 Matt. 13. Ioseph? Nonne mater eius dicitur Maria? & fratres  
 Luc. 4. eius Iacobus & Ioannes, & Simon & Iudas? Et  
 Ioan. 6. sorores eius apud nos sum? Vnde ergo huic hæc omnia  
 Marc. 1. vnde ergo huic sapientia, & virtutes? & scan-  
 dalizabantur in eo. D. Marcus addit quod de illo  
 sparserim: Nonne hic est faber? Vnde, licet D. Au-  
 gust. credat, quod hoc dixerint, quia credebant  
 L. 2. de cõ. quod filius esset Ioseph fabri lignarij, D. tamen  
 cordia E. Basil. & D. Iulianus Martyr. & D. Hieron. &  
 wang. c. 42. arbitrantur, quod Christus actualiter episi-  
 a Libr. de cium exerceret lignarij saltem in illo adiuuus  
 Conf. mo. Ioseph vsque ad trigekimum annum: quia  
 nast. c. 4. quis credat, quod toto tempore illo vixisset  
 b In dial. otiosus.*

Res est plena stuporis, quam cito homo quod  
 cepit, iterum desiciat, & quod prius approba-  
 uerat, postmodum reprobet. Videatur hoc in  
 a Epi. 47. illo D. Paul: *Moror quod sic tam cito transferimi-  
 Ad Gal. ni ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi, in  
 p. 1. 6. aliud Euangelium. Notentur hæc duo verba Sic,  
 II. & illud, tam cito. Tam cito, vt vix se cruce pos-  
 sent consignare. Hoc dicere voluit, vt declarat  
 D. Hieron. O tam cito. Ad primũ sermonem,  
 Forum ad primam rationem mutati estis, reproballis,  
 in con- quod prius probaveratis, & Euangelium expre-  
 stantia sissis, quod susceperatis. Ad primam tantum ab-  
 nota. terius doctrinæ, quam audistis, propositionem.  
 O rem prodigiosam? Hoc Dei quoque populo  
 contigit. Mandat Dominus Moysi: *Va de descen-  
 Exod. 32. de, peccauit populus, quem eduxisti de terra E-  
 32. 8. gypti. Perge, hinc descende, vide quid tuus ille  
 patret populus. Vide quantum refertant gratiam  
 illi beneficio quod eduxerim eos & liberauerim  
 de seruitute Egyptiaca, pro eo namque, vt pa-  
 ribus ne studijs colerent, idolum crederent, &**

falsorum Deorum suorum adorationem festo  
 lemni celebrant, illis altaria consecrarent, vitu-  
 mas obtulerunt. *Recesserunt cito de via, quam  
 splendisti eis. De cultu hyperdulæ, quem nomini  
 meo debebant: cum vix pedem extulerint Ægypto  
 to, vix noua cõperint gaudere libertate, in  
 quam illos abierit, quando mihi terga vertunt,  
 & que optima prius approbarant, vt peslin a mo-  
 do reprobant quando suæ libertatis acceperunt  
 beneficium, quod tam cito retrocesserint, ma-  
 lum est, quod terga mihi verterunt, at Tam cito.  
 Tam modica persuasione, & rationibus adeo de-  
 bilibus. O humanam inconstantiam! mortaliũ  
 leuitatem! quod vident Nazareni gratiam, que  
 Christus magisterium declarabat quo pollebat in  
 S. Scripturam, eiusque interpretationem, quod  
 doctrinam eius audiant quæ quia talis est, om-  
 nium sibi corda petrabat, sic vt quid diuini  
 in illo ac cõleste venerentur: & quod tam cito  
 tabida corosis eorum cordibus inuidia in illum  
 insurgant, eum aspernentur, & in eius hæc de-  
 cant verba conuictum. *Nonne hic est fabri filius?  
 O exotiam inconstantiam!**

Diuina continent hæc verba sacramenta. Pri-  
 mo: non partim euidenter ostendunt Christi  
 virtutem, quam & ipsi fatebantur. Secundo co-  
 rum probant obstinatam teragam que nequissimo  
 Regula est Philosphorum, quod subit motus  
 iudicia sint veritatis: cum enim non ex propria  
 veniant deliberatione ipsi nature adscribuntur,  
 hæc autem non fallit, non errat: à suo namque  
 motetur auctore, Deo scilicet. Motus autem  
 deliberati sunt cordis in dices, & eius quod nobis  
 proprium est, quia ex proprio consilio oriuntur  
 & in hoc quilibet agit, iuxta illud quod pectore  
 cordeque gerit absconditum, huic quoque rego-  
 la conuenit toties repetita Philosphorum, quod  
 qualis quisque in se est, talè similiter est ipsum,  
 quod profert, iudicium. In Nazareni subit mo-  
 tantur motus, fueruntque illi primi, quos habue-  
 runt, quando legere cepit Saluator scripturam  
 de eaque sermonem insitit etc. Stipenda nempe  
 admiratio gratiæ, & virtutis, quam adverteret,  
 verberum eloquentiæ, doctrinæque celsitudinis.  
 Quod absque dubio hinc processit, quod tali  
 modo Christus conciosem inchoaret, vt radios  
 quosdam ex diuina sua facie splendidissimos o-  
 mitteret, quibus ad se corda omnium allicebat  
 quia hoc illi, (testatur D. Hieron.) appropin-  
 erat familiare. *Ipse fulgor certe, & maiestas diuini  
 nitatis occulta, qua etiam in humana facie reluce-  
 bat, ex primo ad se venientes trahere poterat affe-  
 ctu.* His inopinatis motibus ostenderunt veri-

ratem, & excellentiam, quam in Christo cognoverunt, demonstrarunt. Mirabantur in verbis gratia quæ procedebant de ore eius.

Porro confestim alia subsecuta sunt iudicia deliberata, quæ prodierunt consultando, & conferendo singula, quæque proprio conformiter peccati suo, ac cordi, & inter se: quia diabolico emitti huore tabescebant; unde & ipsum, cuiusque doctrinam sunt designati, calumniantes, quod vi esset infima, abiectaque sortis, nullius stemmatis & hinc ortum est; ut illa omnia vili fierent quæ de illo per exterarum regionem honorifice spargebantur, & de mirabilibus eius inter se colloquerentur: quæ ibidem omnibus erat admirabilis, quasi de senilibus libellis prodigiis, & signis & topique iudicis omnia ut mendacia, & præstigia calumniarentur: hæc enim illis innotabant, quæ eis dixisse narrat D. Marc. Unde virtutes tales, quæ per manus eius effluuntur? q. d. exteros potuit hic suis demeritate præstigijs, & circumvenire mendacis: illis utique innotuit; nos autem, nequaquam potest, quis sit enim, optimè notimus, eius nos non latet ergo, nec ignoramus, quod nihil habeat alicuius momenti, nec de quo sit aliquid præclari expectandum eorum, quæ fama fert apud alios effecisse. Mirare, quæ innotuit calumnias, & adeo irrationabilia comitia, quantoque despectu cordis, ex prava malitia Christum aspernentur.

Primo, eius vilipendunt natalium originem: quem ut Iosephi, & Mariæ filium, pauperum, abiectissimæque fortunæ, hominem vilicabant. O malitiosam amentiam! quinimo eo intuitu Christum magnificere, & generis intelligere debuissent eminentiam: quia apud illos ipsis scomatibus nihil erat notius: nec villos frequentius reuoluebant libros, quàm in quibus suorum natalium origo describatur: in tantum, ut necesse fuerit, D. Paulus Timotheo scriberet, ut fidelibus præcipere, illis studijs non adeo inhaerent, ne intenderent fabulis. Et genealogijs terminatis quæ questiones præstant magis, quam adificationem. Quocirca noverant euidenter, quod ille Ioseph, illa Maria, (quos dicebant) filij essent legitima rectaque linea descendentes, ex magno illo Patre Abraham, ac regali stirpe, & familia David, quod similiter orti essent ex legitima progenie plurimum inelytorum Regum, Ducum illustrium, grauium sacerdotum, eorumque proinde propago, totius orbis & vrbis esset aobilissima.

Ex his vero verius constat, eorum fuisse iudicium inuersum, & omnino peruersum, quali laborat mundus, qui natalium, stirpisque splendorem non ex antecessorum alicuius iudicat eminentia, sed ex opibus, & quas modo possidet, facultatibus, proinde potest quis habere progenitores Cæsarem Augustum, Scipionem Africanum, Gothosque nominatissimos qui si censisset tenuiss, illum ut terræ filium, & nullius pretij: (a) habebunt, & ut talem, in postremum locum, nomenque reijcient. Per Prophetam Oseam Deus expostulat contra peruersos inuoluptuosque modos agendi Ephraim, de quo hoc primum redarguit, eum adeo delirare ut pasceret ventremque suum impleret vento: (b) Ephraim pascit ventrem. Mundum hic, & mundanos inuenire: quid magni faciunt, quibus ventrem impleant? terræ facultatibus, censibus temporalibus, pecunijs, artibus, bonis minoris ipso venio substantiæ. Iob ait. Memento mei Deus, quia ventus est vita mea. Quid est vita vestra: ventus, ob eius debilitatem, paruum consistentiam, alterationes, mutabilitates, si vita vestra, quam David nominat substantiam & fundamentum ventus sit, qualia erunt eius accidentia? omnia ventus sunt, & minus quàm ventus, si vita vestra, teste D. Jacob, Vapor est ad modicum parens. & Inco. 4. 17. aëre dispersus, quid ergo illud erit, quod huic innititur? ventus, & vento minus sunt opes vestra, aruorum iugera, pecuniæ, dignitates, his amens mundus pascitur. Ephraim pascit ventum.

Addit deinde, quàm peruersè, quàm finitè de rebus ferat censuram. Chanaan in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit. Chanaan, non quod talis esset progenie: quinimo plurimum inter se Indæorum ac Chanaanorum origo discrepabat, sed quia morum peruersitate talis esse notabatur: sic enim illos alloquitur Ezechiel. Rabiæ tua & generatio tua de terra Chanaan. Eze. 16. 4

Manu, inquit, stateram appendit fallacem iniustam, qua quæque ponderat, qua melas committit iniquitas, & mille calumnias mille promouit iniquitates. Et quæ, precor est illa statera? Pecuniæ, facultates. His omnia trutinat quem videt opibus superbum, illum nobilem, illustrem, & doctum, & quidquid volueris, inuariat, & tanto plus his eum præfulgere iudicat, quanto erunt, aut sentit illum istis plus abundare, unde dicit, quod hoc sit eius idioma: Et dixit Ephraim. Verum nomen dicitur esse. Etus sum, inueneri idolum mihi. Legit alia littera: Inueni enim mihi. habeat pecunias, & mundi totius nobilissima quali præterdit decorabitur familia, illumque ut

508

20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32  
33  
34  
35  
36  
37  
38  
39  
40  
41  
42  
43  
44  
45  
46  
47  
48  
49  
50  
51  
52  
53  
54  
55  
56  
57  
58  
59  
60  
61  
62  
63  
64  
65  
66  
67  
68  
69  
70  
71  
72  
73  
74  
75  
76  
77  
78  
79  
80  
81  
82  
83  
84  
85  
86  
87  
88  
89  
90  
91  
92  
93  
94  
95  
96  
97  
98  
99  
100

et  
(a) Vn  
ra terra.  
Of. 4. 11. 1.  
(b) Su  
principal  
Ephraim  
pascit  
V. Ventus  
est vita  
hominis.  
Iob 7. 7.  
Psal. 38.  
Inco. 4. 17.

Of. 6. 17  
1.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

ipforum Deorum filium extollet, ac prout Gentiles heroe celebrabant: *Inveni idolum mihi. Facultatibus bundet & pondus habebit, propendebit eius statera, atque illustrius, nobilissimus, honoratissimus habebitur. O gravissimam calumniam, dicit Dominus: Dilexit calumniam. Quid igitur, num quia corporis desunt pecunie, & animae virtus debet deesse? quia crumenae non insunt mimi, debet cordi non melle robilitas? Hac illa est proditoria fallaxque calumnia, quam Christo irrogant: & fallaci illa statera. Christum appendunt: & quia videbant eos, quos ut eius parentes habebant, rerum omni m indignos, & illi, ipsos contempti habebant, omne que ut viles reijciunt & mundi peipsema, quo modo, & parietes, & filium, omnemque eius progeniem conatus proficiunt. Hæc sunt illa iudicia, quæ D. Iacobus sugillat iniqua, eius, qui virum iudicat, ex eo quod aut dives est, aut pauper: quia quem opibus videt affluentem, honorat, revereretur, auscultat, sedem offert advenienti: Codrum autem mendicantem remoratur, iubet ut stet erectus, exheret, & c. *Etenim si introierit in conatium vestrum vir aureum annulum habens in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu &c. Nonne indicatis apud vos miserios, & facti estis iudices cogitationum iniquarum?**

Iacob. 2. 2.

**§. 8. Iniriis Christum accessit: quia quod illum pauperem notarunt, nihil de illo magni crediderunt, contra statuta medijsæculi.**

**H**ic calumnia Christo illata, & aliam multo graviozem addiderunt: non enim tantum eius propeniem contempserunt, quia pauper erat, Ioseph & Maria pauperes, quos parentes eius altimabant, sed insuper ex illo concluderunt esse impossibile, ut adeo vilibus pauperibusque quis natus parentibus, à rebus tam excellentibus commendetur, nec virtute, nec sapientia, nec caelesti gratia, nec potestate faciendi miracula, nec vlla bono ralem posse decorari. *Dicebant: nonne hic est fabri filius, & mater eius Maria? unde ergo hinc virtus & sapientia? Quasi eo, quod quis sit pauperis lignarij, mulierisque in pis filius, nihil possit habere laudabile, quasi Dei cona eiusque gratia ijs essent alligata, qui parentibus gloriantur opulenti, & dignitatum gradibus illustribus: quasi vero non tantum haberent i. s., aut eotam Deo non tam essent reci-*

VI. Dives & pauper æquales iurat.

piendis Dei muneribus capaces pauperes, quam divites: quasi vero non haberet animam tam caeli honorumque supernorum capacem pauper quam dives. Hæc inter cætera Iohanni Veramendices, quod licet in bonis, locis, officijs terraque sedibus sit inæqualitas, in bonis tamen caelestibus tantum potest pauper quantum dives, & potest is non minus seipsum ad ea promovere. Iustissimam de hoc Dei legem advertimus præceptam Moysi, ut populo promulgaret: Hanc scilicet quod dum iustum iniret domorum populi (quod sepius faciebat) quisque medium scilum solueret, quo valore appenderet diorum regalium, nec dives plus solueret, nec pauper minus. Statuta legis audiamus: *Quando intuleris sanctam gloriam israel, iuxta numerum dabunt singuli precium pro animabus suis Domino &c. Dives non addet ad medium scilum, & pauper nihil minuit. Tantum dabit pauper, quantum dives. Dominus, lex illa, saluo meliori iudicio, videtur iniusta cum tantum exigat à paupere, quantum à diuite. Exploratum est, vnumquemque debere contribuere, suis conformiter facultatibus, si præcedat opibus dives pauperem, quid tantum à paupere, quantum à diuite exposulat? tantum dabit pauper, quantum dives. Quinimo & in lege purificationis præscripsisti, ut mulier ditior agnum offerret, pauper ior autem: *Dnos turtores aut duas pullos columbarum.* Quia non tibi iustum videbatur tantum pauperem gravare, quantum ditior rem. Hic caeleste later mysticum. Erat hoc tributum à Deo impositum, oblatio quaedam quam volebat offerri ab vnoquoque in gratiarum actionem beneficij creationis, quod hominem creasset, animam illi infuisset rationalem. Hoc est: *Preteritum pro animabus suis.* Si sit igitur ad hoc, sit æqualis pauperis atque divitis oblatio: tam præclarâ enim animam, & nobilem largitus est Deus pauperi quam diviti? tanta præditam capacitate ad bona caelestia, ad beatitudinem, ad diuinadona misericordiae, & quæ tanto polleat iure ad Deum, eius gratiam, eius sacramenta, eius cultum, quanto divitis, nec vllum discrimen agnoscimus.*

Illud quoque D. Paulus expressit, dum ait: *Non est Gemilus & Iudeus, circumcisio & præputium, Barbarus & Selyra, servus & liber, sed omnia & in omnibus Christus.* Audi, monet Dives Ambrrosius: *Et erit tanquam lignum.* Symbolum, quod nobis rex David depinxit arboris illius caelestis, in qua fructus omnigenos gratiarum donorumque reperimus: *Erit tanquam lignum, Alludens,*